ANTONII

AVGVSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRA-
CONENSIS DE LEGIBVS ET SENATVS-
CONSVLTIS LIBER: ADIVNCTIS LEGVM
antiquarum & Senatuſconſultorum fragmentis, cum notis
FVLVII VRSINI, multò quam antea emendatius,
additis etiam locorum quorundam notis,
cum duobus Indicibus
locupletiſſimis.

Adiectus eſt Iuſti Lipſij libellus de legibus Regijs & X. Viralibus.

PARISIIS,
Apud AEGIDIVM BEYSIVM, ſub ſigno Lilij albi, via Iacobæa.
CIƆ. IƆ. XXCIV.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

ANTONIVS AVGVSTINVS
FVLVIO VRSINO.

PRoximis tuis literis intellexi eſſe Romæ qui cupiant in vulgus edi quas amico noſtro Pyrrho Taro I. C. legendas iſthic dederam noſtras de Legibus Romanis, & Senatuſconſultis lucubrationes: eoſdemq. ais magnopere deſiderare, vt ſi quid illis addendum, vel tollendum putarem, id ego tibi ſignificarem: aut ſi quod aliud accuratius ſcriptum exemplar haberem id ad te mitterem. Ego vero etſi hoc tempore nihil minus quam de iſta editione cogitabam, vrgentibus alijs quæ ſunt huius noſtri muneris propria magis ac neceſſaria, tamen hoc quid quid eſt ſcripti ad te mitto, vt id tu, ſi videbitur, vel contineas domi, vel illi additum alteri libello edas. Id certe opus olim a me cœptum, deinde propter varias occupationes neglectum plane fuit. Nam illud Pyrrhi noſtri exemplar Bononiæ cum eſſem, ſcripſi: hoc alterum, quod nunc mitto, poſt octo, aut nouem annos Romæ inchoaueram, non illud Smyrnæ exemplum ſequutus, Nonum prematur in annum, ſed manu de tabula, vt aiunt, ſublata, non extremam ei manum admoui. Eiuſdem argumenti multos conatus vidimus, in manibusq. ſunt populi, qui partim nimis ieiune atq. tenuiter de his rebus agunt, partim quod iuris ciuilis eſt peculiare ac proprium, non attingunt. An vero hæc noſtra cum illis ſint conferenda, aut inter illa legi mereantur, tuum erit iudicium, quod ego facio, vt debeo, plurimi.

Vale.

A

ANTON. AVGVSTINI ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

B

DE LEGIBVS ET SENATVSCONſultis liber.

CAP. I.

De nomine legis.

C

LEGIS nomen late patet. neque enim ſolum populi plebiſve iuſſa & ſcita, ſeu cuiuſcunq; poteſtatis decreta, verũ doctrinarũ etiam præcepta, & quamcunq; conuentioné atque conditioné ſignificat. Hinc leges prædiorũ ac mancipiorũ; hinc Manilianæ Cenſorieq; leges; hinc teſtamẽtorum, locationum, venditionũmq; leges manant. Artifices quoque, aſtrologi, ac medici ſuas leges & inſtitutiones habent. Sed in his omnibus tranſlatitio genere vtimur. Legis enim nomen propriè ad ius iuſtitiamque refertur. Cuius nominis origo à legendo, hoc eſt deligendo, ducitur, quod vt Varro ait, & verbum ipſum legendi, cum ad ſcripturam refertur, quod ab oculis litteræ ſingulæ deligantur; & legati, quod vt publice mittantur deligi ſoleant; & leges, quod lectas oporteat ad populum ferri, à legendo dictæ ſunt. A Græcis νόμος ἀπὸ τοῦ νέμειν, quod ius ſuam vnicuique tribuat, dicitur: idque non minus legis proprium, quam delectum eſſe, Cicero ſcribit. Neque illos audio, qui ab eo quod ſcriptura contineantur, leges à legendis legum tabulis dictas putant: id enim magis conſeruandæ memoriæ cauſa poſt legem acceptam fit, quam quod legi ſit neceſſarium. *Lex eſt*, inquit Cicero, *recta ratio imperandi atque prohibendi; quam qui ignorat, is eſt iniuſtus, ſiue eſt illa ſcripta vſpiam, ſiue nuſquam.*

D

E

L. eum debere. D. de ſerui. vrb. prædi. l. ſi quis duo. de ſer. ruſ. præd. l. legem. Co. de pac. l. Lucius. §. Lucius. D. fideic. lib. Cicero, & Terent. ſæpe, item Varro. Varro lib. v. de lingua Latina. Vid. l. qui mittuntur. D. ex quib. cau. mai. l. qui pendentem. de act. em. Cicer. lib. i. de legib. c. lex. diſtin. ii. Iſid. li. v. etym. ca. iii. Cic. eo lib. i. Adde Ariſt. E. θικ. in Lib. v.

CAP. II. *De origine legum.*

DIXIMVS de nominis origine, nunc de ipſius legis initio videamus. Fruendæ iuſtitiæ cauſa, vt idem ſcribit, & bene morati Reges, & leges conſtitutæ ſunt. Reges quidem, dum à bonis iuſtiſque viris ius ſuum conſequi aduerſus potentiores populus deſiderabat: leges au-

Cic. lib. ii. offic. Vide Ariſtidem in progymna. contra tyrannum.

FVLVI· VRSINI

NOTAE

AD. LEGES. ET. SENATVS CONSVLTA· QVAE· IN VETERIB. CVM. LAPIDVM AERISQ. TVM. SCRIPTORVM MONVMENTIS REPERIVNTVR.

LEGES REGIAE

ET

LEGES XVIRALES

I. LIPSII OPERA STVDIOSE

collectæ.

* *
*

Decretum Athletarum in tabella marmorea apud Fuluium Vrſinum Romæ.

ΕΔΟΞΕ ΤΟΙΣ ΑΛΕΙΦΟΜΕΝΟΙΣ ΕΠΕΙΔΗ
ΒΑΤΩΝ ΦΙΛΩΝΟΣ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΜΕΝ
ΕΦ ΕΤΗ ΔΥΟ ΠΡΟΧΕΙΡΙΣΘΕΙΣ ΓΥΜΝΑΣΙ
ΑΡΧΟΣ ΠΡΟΕΣΤΑΤΗΣΕ ΕΝΔΟΞΩΣ
ΚΑΙ ΚΑΤΑΞΙΩΣ ΑΥΤΟΥ ΤΕ ΚΑΙ ΤΗΣ ΤΩΝ
ΑΛΕΙΦΟΜΕΝΩΝ ΠΡΟΑΙΡΕΣΕΩΣ ΤΟΥ
ΓΥΜΝΑΣΙΟΥ ΑΝΘΩΝ ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΕΥΔΟ
ΚΙΜΗΣΑΝΤΑ ΕΣΤΕΦΑΝΩΣΕΝ ΑΥΤΟΝ
ΕΠΙ ΤΑ ΠΡΟΕΙΡΗΜΕΝΑ ΕΤΗ ΔΥΟ ΘΑΛ
ΛΟΥ ΣΤΕΦΑΝΩΙ ΚΑΙ ΤΗΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΩΝ
ΑΝΑΓΡΑΦΗΝ ΥΠΟΜΝΙΜΑΤΟΣ ΧΑΡΙΝ
ΕΙΣ ΤΟ ΓΥΜΝΑΣΙΟΝ ΚΑΤΑΚΕΧΩΡΙΚΕΝ ΦΙ
ΛΟΤΙΜΙΑΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΤΗΣ ΛΟΙΠΗΣ Ε
ΠΙΜΕΛΕΙΑΣ ΗΣ ΕΧΩΝ ΔΙΕΤΕΛΕΣΕΝ ΕΙΣ
ΑΥΤΟΥΣ ΠΑΛΙΝ ΤΕ ΕΙΣ ΤΟ ΚΕ L ΚΑΙ ΣΚ
L ΚΑΙ Η Κ L ΑΞΙΩΘΕΙΣ ΥΠΕΜΕΙΝΕ ΓΥ
ΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΙ ΚΑΙ ΤΗΝ ΑΡΜΟΖΟΥΣΑΝ ΕΥ
ΤΑΞΙΑΝ ΑΥΤΟΣ ΤΕ ΣΥΝΕΤΗΡΗΣΕΝ ΚΑΙ
ΤΟΥ ΤΟΠΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΛΕΙΦΟΜΕΝΩΝ Ε
ΚΤΕΝΕΣΤΕΡΟΝ ΚΑΙ ΦΙΛΟΤΙΜΟΤΕΡΟΝ ΕΤΙ
ΠΟΛΛΩΙ ΠΡΟΕΣΤΑΤΗΣΕΝ ΤΟΥΣ ΤΕ ΤΩΙ
ΕΡΜΕΙ ΚΑΙ ΗΡΑΚΛΕΙ ΤΙΘΕΜΕΝΟΥΣ ΥΠΕΡ
ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΓΥΜΝΙΚΟΥΣ ΑΓΩΝΑΣ
ΣΥΝΕΥΚΟΣΜΩΝ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΑΥΤΟΥ ΔΥ
ΝΑΜΙΝ ΚΑΙ ΙΔΙΑΝ ΕΚΤΙΘΕΙΣ ΑΘΛΑ ΤΑ
ΚΑΘΗΚΟΝΔΑ ΤΟΙΣ ΑΓΩΝΙΖΟΜΕΝΙΣ
ΕΦΟΙΣ ΘΕΩΡΟΥΝ ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΠΑΣΑΝ
ΠΡΟΘΥΜΙΑΝ ΚΑΙ ΣΠΟΥΔΗΝ ΕΝΔΕΙΚΝΥΜΕ
ΝΟΝ ΑΥΤΟΝ ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΤΟΠΟΥ ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ
ΤΕ ΧΡΥΣΟΥΣ ΠΕΡΙΤΕΘΕΙΚΕΝ ΚΑΙ ΓΡΑΠΤΗΙ
ΤΕΤΙΜΗΚΕΝ ΕΙΚΟΝΙ ΒΑΤΩΝΑ ΦΙΛΩΝΟΣ
ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑ ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ ΚΑΙ ΤΕ
ΤΑΡΤΟΝ ΚΑΙ ΠΕΜΠΤΟΝ ΕΞΗΣ ΚΑΙ ΤΗΝ ΕΝ
ΤΩΙ ΠΡΟΔΕΔΗΛΩΜΕΝΩΙ ΧΡΟΝΩΙ ΤΩΝ ΝΕ
ΩΝ ΠΡΟΣΤΑΣΙΑΝ ΕΥΣΧΗΜΟΝΑ ΤΕ ΚΑΙ
ΠΡΕΠΟΥΣΑΝ ΠΟΙΗΣΑΜΕΝΟΝ ΔΕΔΟΧΘΑΙ ΔΕ
ΚΑΙ ΝΥΝ ΕΠΑΙΝΕΣΑΙ ΤΕ ΑΥΤΟΝ ΕΠΙ ΤΟΥΤΟΙΣ
ΚΑΙ ΠΡΟΣΕΠΙΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙ ΠΑΛΙΝ ΧΡΥΣΩΙ
ΣΤΕΦΑΝΟΙ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΜΕΝ ΧΡΥΣΟΥΣ ΣΤΕΦΑ
ΝΟΥΣ ΕΙΣ ΑΕΥΚΩΜΑΤΑ ΧΩΡΙΣΑΙ ΤΟ ΔΕ ΔΟ
ΓΜΑ ΤΟΔΕ ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ ΕΙΣ ΣΤΗΛΗΝ ΛΙΘΙ
ΚΗΝ ΚΑΙ ΑΝΑΘΕΙΝΑΙ ΕΝ ΤΩΙ ΕΠΙΦΑΝΑΙΣΤΑ
ΤΩΙ ΤΟΠΩΙ ΤΟΥ ΓΥΜΝΑΣΙΟΥ ΠΡΟΣΑΞΙΩΣΑΙ
ΔΕ ΑΥΤΟΝ ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΟ Θ Κ L ΕΤΙ ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗ
ΣΑΙ ΔΙΟΤΙ ΤΟΥΤΟ ΠΡΑΞΑΣ ΕΣΤΑΙ ΠΑΣΙ ΤΟΙΣ
ΑΛΕΙΦΟΜΕΝΟΙΣ ΚΕΧΑΡΙΣΜΕΝΟΣ